Queritur Utruz graue simplex positū in vacuo mouetur subito vel successiue Dūm q̃ ista questio mouetur occasione illius qd dicit in textu. q̃ sit aliq̃ quod spacium vacuū. tunc p tale spaciū mobile moueret in instanti. qr nō esset causa tarditatis in motu. s. ex parte medij. Cuius eim ista questio pūpponat impossibile. s. q̃ vacuū sit. quia trū ad impossibile nō seqtur quodlibet impossibile. ideo q̃ritur ista questio Si ponat vacuū. an per tale spaciū vacuum fieret motus in instāti. sicut dē phus Et notāter q̃ritur de graui simplici. qr in mixtis nō habet ista questio locum. ibi eim fieret motus successiuus ex parte illorꝝ corporꝝ que sil' sunt in mixto. qr tale corpus ex parte mixtiōis posset dici moueri successiue Ad questionē igitur dūm est. q̃ si tale graue simplex esset positum in vacuo moueret successiue Quod sic ꝓbatur. qr q̃cumq̃ aliquis effectus dependet ex pluribz causis. tūc potest talis effectus impediri ex absentia cuiuslibet cause. sicut hō dependet ex anima ⁊ corpore. ex efficiēte ⁊ fine. Absente ergo aliqua causa nō fit homo. sed successio motus dependet ex pluribz causis. quarꝝ vna est essentialis. s. successio terminorꝝ in motu locali. oportet eim in motu eē duos terminos. ⁊ successionē inter illos duos terminos. qr nō potest mobile sil' esse in termino a quo. ⁊ in termino ad quē. quia hoc implicaret ꝓtradictionē. quia motus in termino a quo nō est. vel nō est pfectus. motus vero in termio ad quē est pfectus. sed impossibile est idem esse perfectū et imperfectū. Et sic patet q̃ implicat ꝓtradictionē motum quēcumq̃ esse in instanti. Idem patet ex Arestotele in sexto huius. qui dicit q̃ hoc dē moueri qd aliter se habet nunc ⁊ pus. Sz nunc ⁊ pus significāt multa instātia. et inter duo instātia est temp? mediū. ergo necāio motus est successiu? Et istud etiā intelligendū est de motu substantiarꝝ separatarꝝ. Cuius ille motus fiat alio mō. qr p rē pus discretū. Est autē alia cā successionis motus accētalis. s. retardatio medij Medium eim p quod mouet mobile retardat motum. qr necesse est hoc medium diuidi. si ergo graue simplex ponat in vacuo. tūc tollitur secūda cā sez accētalis successionis motus. sed adhuc remanet causa successionis motus eēntialis. ⁊ ideo adhuc manet motus successiuus. Ex quo patet. q̃ impossibile est aliquid moueri in instanti. quia sic in eodē instanti esset in termino a quo ⁊ in termino ad quē. ⁊ per ꝓsequens nō moueretur. cum de rōne motus sit successio. Et sunt ile ē de motu angelorꝝ. quia Cuius angelus posset moueri in duobz instantibz absq̃ medio. impossibile est tamē ipsum moueri in instanti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ph̄s concludit in textu q̄ graue simplex. vel aliq̄d corpus positus in vacuo mouetur in instāti. ergo ꝛc. Dom̄ q̄ ratio philosophi pcedit ex aliquo falso supposito ab antiquis illo enim supposito sequeretur ratio in veritate. Et est ista suppositio q̄ sola cā successionis motus est medius. ꝛ si hoc est verū. ḡ absoluto medio nō est cā successionis motus. ſz hoc nō est verū. q̄ medium non est causa essentialis successionis motus. sed bene causa accidentalis. vt dictus est.

Omne corpus naturale nō impeditū nō distās p medium a suo loco est in eo. ſz graue simplex positus in vacuo nō est impeditū nec distās p medium a loco. ꝛ est corpus naturale. ḡ est in suo loco. Dom̄ q̄ duplex est medium. ſcz corporale ꝛ tale medium nō est inter corpus naturale graue et suū locū posito vacuo. Aliud est mathematicale et situale. et hoc est medium distātie et tale est inter corpus naturale ꝛ suum locū etiam posito vacuo. q̄ lapis sursuz detētus in vacuo nō est sil̄ cū terra ad quā naturaliter mouet lapis. ꝛ iō oz q̄ mobile successiue relinq̄t terminū a quo. et successiue deueniat ad terminū ad quē. q̄ in illo instāti in quo graue est in termino a quo. nō est in termino ad quem.

Lumē ab instanti mouet ab oriente in occidēs. ḡ etiā graue simplex positus in vacuo mouebit in instanti. Cōsequentia tenet a sil̄i. Dom̄ q̄ non est sil̄ de lūie ꝛ de corpe. q̄ lumē est accīs nō habens situs. et ideo nō repugnat ipm̄ diffundi ab instanti. ſz corpus hz ex sua natura situ. ꝛ iō repugnat ipm̄ in instanti moueri. q̄ nō pt in instāti habere oppositos sit⁹. q̄ñ em̄ lumē diffundit a corpe luminoso tūc nō est ordo rpis inter lumē et diffusionē eius. ſz solū ordo nature. sed in successione corporū necē est esse successionē temporis.

Et p se ātē p̄siderātibꝫ videt vtiq̄ dem̄ vacuus sicut vere vacuū. sicut em̄ in aq̄ si ponat aliq̄s cubū. distabit tāta aq̄ q̄ntus est cubus. sic et em̄ est in aere. sed sensui ūmanifestū ē. Et semper igit̄ in om̄i corpe habenti trāsmutatōez ad q̄d est aptuz natū mutari. necesse est nisi cocat trāsmutari aut deorsum sp. si deorsuz est motus sicut ē terre. aut sursum sicut ignis aut in vtraq̄. aut quale aliq̄d sit ūpositū. In vacuo aūt hoc quidē impossibile est. nullū em̄ corpus est sed p vacuū equale spaciū trāsire videt. q̄d q̄dem erat prius in vacuo. tanq̄ si aq̄ nō cederet ligneo cubo neq̄ aer. ſz om̄ia trāsibūt per ipsum. Atuero cubus habet tantam magnidinem q̄ntā habet vacuum Quod si calidum est aut frigidum. aut graue. aut leue nihil minus alterum inesse ab omnibus passionibus est et si non diuisibile sit. Dico autē corpus lignei cubi quare etiam si separaretur ab omnibus alijs et neq̄ graue neq̄ leue sit: p̄tinebit e quale vacuū. et in eadem erit que est loci ꝛ vacui parte equali cubi. Quid igitur distabit cubi corpus ab equali vacuo et loco. Et si duo hmōi sint ppter quid nō quelibet in eodē erūt Unum quidem igitur hoc inconueniens et impossibile est. Vacuū nō est separatū a corpibꝫ

Postq̄ ostendit ph̄s nō esse vacuū ex pte motus ēt ex pte velocitatis ꝛ tarditatis motus Hic iam probat vacuū nō esse separatuz absq̄ p̄sideratione motus ponēs tres rōnes Prima est. si vacuū esset tunc plures dimēsiones essent ad inuicem penetratiue. Probat q̄ si corpus cubitum. i. habens sex superficies quadratas imponitur ad illud corpus. tūc illud corpus cedet corpi cubēto. ne duo corpa sint simul. sed vacuuz nō potest cedere alicui corpi impositō. ergo si corpus cubi cū ponatur ad vacuū tūc manebūt dimēsiones vacuicū dimensionib̄ corporis cubici.

Amplius autem manifestum est. q̄ hoc cubus habet trāsmutatus. q̄d et om̄ia alia corpora habent Quare si a loco nihil differt quid oportet locum facere corporibus extra vniuscuiuslibꝫ corpus. si impassibile est corpus Nihil em̄ confert si alterum circa ipsum equale spacium hmōi sit.

Cōsequēter ponit secdam rōez ad idē. et est ista. si vacuuz esset tunc sequerek q̄ essent eedez dimensiones vacui ꝛ corpis ipositi in vacuo. q̄ illa sunt eadez. que non differūt p̄m sitnz loquēdo mathematice. sed dimēsiones vacui nō possunt distingui phisice. sed est vn⁹ situs dimensionū vacui et corpis impositi. ꝛ si sunt eedē dimensiones. ḡ dimēsiones vacui nō distinguunt a dimēsionibus corpis. ꝛ p ꝑns corpus positum ad vacuum ꝛ vacuum sunt eadem.

Amplius oportet manifestuz esse quale vacuū sit in his que mouent. Nūc aūt nusq̄ infra mūdum. aer em̄ aliquid est. non videtur āt Neq̄ aqua si essent pisces ferrei. Tactu enim est discretio illius quod tangitur. Q̄ quidem igit̄ nō separatū sit. vacuū ex his manifestū est

Tercia ratio est ista. si vacuū esset aliquo m̄o manifestarek sensui. ſz nunq̄ apparet vacuū p̄m aliquē sensuz. ḡ vacuum nō est. Et circa hoc remouet vna obiectio. q̄a p̄m cōiter opinātes plenū aere ē vacuū. ꝛ tñ aer nō manifestat̄ p aliquē sensuz. Hoc remouet ph̄s dicēs. q̄ uis aer nō manifestet iudicio visus. ꝛcipimus tñ aerem iudicio tactus. q̄ frigus circūstans hoies non potest esse nisi in aere. ꝛ sic ꝛcipimus aerez q̄ñq̄ frigiduz ꝛ q̄ñq̄ calidū. ꝛ illa frigiditas non pt esse sine subiecto. ḡ e in aere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et ponit simile de piscibus. qz si pisces in aqua eēnt ferret. nō esset differentia piscīū ⁊ aque fm visuz. qz haberent eundem colorem pisces et ferrū. posito q̃ ferrum sit politū. tamen esset differentia quo ad tactum. qz pisces sunt duri et aqua mollis.

Unt aūt quidā qui p raruz et densum opinantur manifestū esse q̃ sit vacuū Si quidē eēm est rarū et densum neqz coire et calcari possibile est. Si vero hoc aut oīno motus nō erit. aut mouek totuz. sicut dixit rutos aut inequale sp estmutare aquā in aerem. Dico autem sic: vt si ex aqua facus sit aer simul ex equali aere tantundem aquā fieri. aut vacuum esse ex necessitate. Cōculcari eēm vel extendi nō ꝓtingit aliter.

Postqz phs ostendit q̃ vacuū non est separū a corporibus. Nic iam vult ostendere q̃ non est vacuuz imbibituz corporibus. Et circa hoc primo ponit motiuū illorum qui ponebant vacuum imbibitum corporibus et hoc ideo vt illam rationem postea soluat Fuit ergo ratio illorum. si ꝓdensatio aliquorum corporuz est tunc vacuum est. quia cōdensatio nō potest fieri nisi p hoc q̃ aliqd corpus pus habuit poros vacuos. q̃ p ingressum alterius corporis replentur. ⁊ sic fit ꝓdēsatio Et q̃ necē est ꝓdēsatōem fieri ex pte aliorū motuū. i. q̃ alij motus nō fiant absqz ꝓdēsatōe. ptz qz nisi esset ꝓdensatio non erit motus localis nec motus generatōis nec alterationis. Primū ptz. qz si est motus localis. tūc mobile localiter venit ad plenū cedēs. sicut prius dictuz est. hoc ergo corpus cedēs mouet aliud cedens. et illud mouet aliud corpus proximū sibi. ⁊ facit hoc cedere. et hoc iterum facit terciū cedere. ⁊ tercium quartuz vsqz ad celuz. ⁊ tandem oportet etiaz cedere celū. ⁊ p ꝓns mota musca oportet totū vniuersuz moueri. quod est impossibile nisi fiat ꝓdensatio. Item ex pte motus generatōis ⁊ alterationis. qz nisi esset ꝓdensatio oporterz q̃ equale generarek cū fieret generatio ex aere in aquā. et ex aqua in aerem. qd tū falsuz est. qz si aqua mutek in aerē. accipiet maiorez locū. ⁊ tūc oportet ex alia pte aerez etiā ꝓdensari. alꝰ totus mūdus capet maiorē locū. ergo si generatio est. cōdensatio est ⁊ si ꝓdensatio est vacuū est.

Motum dicē nū vacuū esse

Si quidem igitur rarū dicūt multa vacua separata habens. manifestū est. sic neqz vacuum contingit esse sepabile. sicut nec locum habentem aliqd vacuū suūpsius. nec rarū sic Si aūt nō est sepabile. sed tm̄ inest aliquod vacuū minus quidem impossibile Contingit et primum q̃ non oīnis motus est causa vacuum. sed qui sursum est. Rarū eēm leue. vnde ignem rarū esse dicūt. postea motus cām nō sic vacuum. sicut in quo est: sed sicut vtres in eo q̃ ferūtur ipsi. sursuz ferūt ꝓtinuūū. sic vacuū fert sursum. cūis qualiter pt motus eē vacui. et loꝰ vacui. Uacui eēm sic vacuū in qd ferk. Amplius qno assignāt et graue ferri deorsuz. Et manifestū est quoniā quāto vtiqz rarius ⁊ magis vacuū. sic magis sursum fertur. et si sit oīnino vacuū velocissime vtiqz fertur. Fortassis autē hoc impossibile est. moueri. Ratio aūt eadem sicut prius. qz in vacuo sine motu oīnia sunt. sic et vacuum qd est sine motu Incomparables eēm sunt velocitates. Duo sp mot

Cōsequēter phs reprobat opiniones ponētiū vacuum esse. ⁊ primo destruit opiniones. secdo soluit rōes. ⁊ primo ponit duos mōs q̃bꝰ antiqui ponebant vacuū esse in corporibꝰ. Primus est. q̃ in corporibꝰ sunt multa foramina vacua. sicut in spōgia q̃ etiā distātia st̄ fm situū partibus densis aut plenis. Secdo ponebāt vacuū non esse separuz ex partibꝰ plenis fm situm. sz q̃ dimēsiones quas ipsi ponebāt vacuū penetrarēt dimēsiones corporis pleni. sicut etiam pus dictū est de loco apud eos qui ponebāt tres dimēsiones loci. Aresto. aūt nō reprobat primū modū vacui. qz primus satis est reprobatus. sz reprobat opinionē ponētiū vacuū fm intellectū secdm. ⁊ quatuor rōibꝰ. Quarta prima est. si vacuū sit quasi penetrans corpora plena sic existēs cā motus. tūc vacuū nō est cā cuiuslibet motꝰ localis. sz soluz motus localis sursum. qz fm antiqs vacuū penetrās est cā raritatis. sz raruz est leue. ⁊ leue mouetur sursum. Secda rō. si vacuū sit dispositio in corporibꝰ quasi deferēs corpora sursuz tūc erit vacuū in loco. sed vacuū mouek cū corporibꝰ fm locuz. ergo est in loco. sz hoc est incōuenīs. qz fm antiqs vacuū et locus idem sunt. si ergo vacuū est in loco. tunc loci erit locus. et vacui vacuuz. Tercia rō sumit ex insufficientia dictorꝝ ab antiqs. qz si vacua deferant corpora sursuz nō videtur causa motus deorsuz. ⁊ sic illi antiqui insufficiēter loquūtur de vacuo Quarta ratio est. si vacuuz est causa motus sursuz. ergo hoc qd est oīno vacuum velocissime moueb̄it sursuz. ⁊ habet plus de cā motus. sz hoc est impossibile. Qd eēm est oīno vacuuz oīno nō potest moueri. qz motus pleni ⁊ vacui sunt incōparabiles. sz motus factus in pleno est in tēpore. ergo motꝰ factus in vacuo est simplr in nō tēpore. et hoc est ipossibile. qz oīnis motus est in tempore.

Uoniā aūt vacuū quidē nō dicimus eē. alia ꝓo ꝓe dubitata. aut motꝰ nō erit nisi erit dēsitas et raritas aut turbatur celū. aut sp eqlis aq̃ ex aere. et ex aqua erit aer. Manifestū eēm. qz plus aer ex aqua fit. Accēigit nisi calcate fit aut depulsuz quod habetur vltimū

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tumultuari facere. aut alibi alicubi eqliter mutare ex aere in aquā vt omne corpus totū equale sit. aut nihil moueri. Semp enim trāsmutato hoc accidit nisi circulariter circūstet. Non semp aūt in circulū loci mutatio. sed aliqn et in rectū est. Ni qdem igitur propter hoc vacuum aliquid dicunt esse.

Nic resumit rōem antiquorum. et hoc ideo. qr statim intendit eam soluere. ⁊ sic nō est superfluitas Et primo ponit istam rōem absolute. et secō fm q habet ordinē ad solutōem. et tota vis rōnis antiqr in hoc stetit. qr rarefactio ⁊ cōdensatio nō possunt esse absq vacuo. ⁊ ideo aresto. iā vult ostendere q illa possunt fieri absq vacuo

Nos autem dicimus ex subiectis. qm ē materia vna contrariorum et calidi et frigidi et aliarum phisicarum contrarietatum. Et ex eo q potentia est actu ens fit. et nō separabilis quidem materia est. esse autē alterum est. Et vna quidem nūero sicōtingat colorīs calidi et frigidi Est igit et corpis materia et magni et pui eadem. manifestum est autem Cum enim ex aqua aer fiat eadem materia non accipiens aliud aliquid facta est. sed qd erat potētia actu facta est. et iterū aq ex aere simil aliqn qdē in magnitudinē ex puitate. aliqn in puitate ex magnitudine. Similiter igitur et cū multus aer existens in minore fit mole. ⁊ ex minori maior potētia cū sit sic materia vtraq. Sicut enim ex frigido calidū. et ex calido frigidum eadem quia erat potentia sic ex calido magis calidū nullo facto in materia calido quod nō esset calidum qn erat minus calidū. Sicut quidem nec maioris circulatio et pnexitas: si fiat minoris circuli eadem cum sit. aut alia. in nullo alio fact est ambitus quod nō esset ambitus. sed rectū Non enim deficiendo minus aut maius est. Aeq enim scintille est accipere aliquam magnitudinem in qua non est caliditas et albedo in est. Sic igitur et prior calor posteriori. quare et magnitudo ⁊ puitas sensibilis corporis nō accipiente aliquid materia extendit. sed qr potentia est materia vtrisq. Itaq idem est densum ⁊ rarum. ⁊ vna materia ipsorum.

Nic Arestotiles intendit probare q nō oportet vacuum esse ad saluandū refractionem. ⁊ condensationem corporum. Et ad pbationem illius pmittit quatuor ex q bus soluere intendit rationem antiquorum. ⁊ dicit q ista quatuor supponuntur in naturali phia. Et est primum q eadem est materia contrariorum. quia contraria habent fieri circa idem subiectum. sed subiectum est materia cōtrariorum. Secundum est q illud quod est in actu fit ex illo quod est in potentia sine alicuius extrinseci additione. qr naturale est ipsis rebus. q mutentur de potentia ad actum. ab agēte. sine hoc q aliquid coniungat potēte. sicut dicitur secundo de anima q non oportet querere medium inter actum ⁊ potentiam. Tertiū est q materia non est separabilis a contrariis. que propositio intelligitur fm suppositionem simplicem. sic scilicet q materia non separatur ab omni contrario. est tamen materia separata ab vno contrariorum. quando scilicet stat sub alterio contrariorum. Quartū est q materia q quandoq est sub vno contrario ⁊ quandoq sub alio non est alia et alia. sed vna ⁊ eadem sub diuersis contrariis.

Ex istis vlterius probat Arestotiles q refractio potest fieri sine vacuo. Et sumitur sic ratio. illud quod attribuitur materie non debet attribui vacuo. sed mutari a denso in rarum per rarefactionē. ⁊ a raro in densum per condensatōnem est a materia. ergo non est a vacuo Maior est nota. quia materia non est vacuum. Minor patet. quia ex hoc quod est materia existens sub densitate habens naturalem potentiam ad raritatem fit rarefactio in materia. quia prius dictum est in vna suppositione q aliquid mouetur de potentia ad actuz sine alēcuius extrinseci additione. cū ergo materia existens sub densitate est in naturali potentia ad raritatem et econtra potest materia moueri ad raritatē a densitate ⁊ ecōtra absq vacuo exteriori. Et inducit Arestotiles simile in generatione alteratione ⁊ quantitate. In generatione. quia aliquid potest trāsmutari de vna forma ad aliam. sicut quando aer transmutatur in aquam. sed p talem transmutationem fit condensatio ipsius aeris. ergo condensatio fit sine vacuo. Et si ecōtra aqua mutetur in aerem. tunc fit rarefactio absq vacuo. quia oportet aquam rarefieri si debet generari aer ex aqua. Istud ergo contingit ex hoc q aliquid prius in potentia existēs ducitur ad illam formam ad quam fuit prius in potentia. Secundo probat per simile in alteratione. quia materia existens in potentia ad frigidum mutatur ad frigidum ex calido ex natura ipsius materie. quia materia ē in potentia ad frigidum. Tūc consequenter ponit aliud exemplum circa quantitatem. quia aliqua circunferentia maioris circuli potest fieri minor et econtra absq extrinseci additione. sed ex hoc solum q talis circunferentia minus curua fit magis curua. vl ex magis curua fit minus curua. ergo pt aliquid recipe maiorem vel minorem quantitatē sine vacuo extrinseco. vt pz de circulo.

Est autem densum quidem graue. rarum

Premit-lor sup
pōes
pa
2a
3a
4a
Vacuū nō ⁊ ob refractio ⁊ de

autem leue. Amplius sicut circuli circulatio conducta in minus aliud non accipit concauum: sed quod erat conductum est. Sic et ignis quodcunq; aliquis accipiat omne est calidum. sic et omne conductione et distentione eiusdez materie. Duo enim sunt ab vtroq; dēso et raro. Graue enim et durum densa videnesse. et econtrario rara leue et molle. Dissonat autem graue et durum in plumbo et ferro. Ex dictis igitur manifestum est q̄ nec discretum est vacuum. nec simpliciter: nec in raro. nec potentia. nisi aliquis velit penitus vocare vacuum causam illius qnod fertur. Sic autez que grauis est aut leuis materia que huiusmodi erit vacuū. Densū eñ et rarū ꝓm hanc contrarietatem motus actiua sunt. ꝓm durū ⁊ molle passionis et non passionis receptiua et non loco mutationis. sed alterationis magis. Et de vacuo quidem quomodo est et quomodo non est determinatum sit hoc modo

Vacuū nō ob condensatōez ⁊ rarefactōez ꝓbat

Hic reprobat idem p effectus rari et densi. scz q̄ cōdensio et rarefactio nō fiunt per vacuū. et hoc sic. q̄a effectus rari est mouere sursuz et effectus densi ē mouere deorsuz. sed mouere sursuz et deorsuz nō venūt ex vacuo. sed ex cōditione materie. qz eñ densuz habet multum de materia. ergo mouet deorsuz. sed rarꝰ habet parū de materia. ergo mouet sursuz. et ex hoc concludit q̄ male dicunt illi qui dicūt q̄ cōdēsatio ⁊ rarefactio sunt causa vacui. et vlterius motus localis. quia maior q̄titas accepta ꝓm grauitatez ⁊ leuitatez est causa motus localis que oriuntur ex natura materie. ⁊ nō ex vacuo.

Querit Vtꝰ possibile sit vacuū esse. Dōm q̄ duplr dr aliquid possibile vl impossibile. vnoꝰ absolute. ⁊ sic nō videt impossibile vacuum esse. qz sicut deus ꝓseruat effectiue corpora inferiora per superiora. ita posset conseruare corpora inferiora per seipm sine medijs corporibus. qz deus nō alligauit potentiam suam causis secundis. Alioꝰ dicitur aliq̄d possibile supposito hoc statu quez nūc hz vniuersuz. et tunc dicēdum est q̄ impossibile est vacuum esse. quia hic status vniuersi quem deus ordinauit non posset cōseruari exñte vacuo. qd̄ sic ptz qz corpora que sunt in vniuerso ex qb⁹ ꝓstituit vniuersuz conseruant p hoc q̄ vnū corpus tangit alteruz. qz p talē cōtactū vnū corpus ꝓseruat aliū sibi ppinquum. sz posito vacuo nō haberent ppinquitatē ꝓm tactū. ⁊ p ꝓnꝰ virtus ꝓseruatiua nō posset deferri ad inferiora corpora p media. Vñ patet q̄ vacuum oino est ꝓtra intentionez natre vniuersalis. que natura intendit conseruare totū vniuersum qd̄ tñ in vacuo ꝓseruare non posset. Secō est etiā repugnātia ex pte nature ꝑticularis. qz natura ꝑticularis suo naturali appetitu appetit sui ꝓseruatōez sed ille appetitꝰ totaliter frustraret posito vacuo. qz natura ꝑticularis ꝓseruari nō posset nisi p influentiaz celestem que p vacuū nō defertur. Tercio patet idē ex multis exp̄imētis. qz nature ꝑticulares mouent contra naturaz ppriā. ⁊ p seipas naturaliter se corrūpūt vt entret vacuū. sicut ptz de liquore ascēdente in vase si nō pmittat introitus aeris. Et ratio illius est scz q̄re nature ꝑticulares mouent ꝓtra naturā ppaz ⁊ corrūpunt se. q̄a maior est inclinatio vniuscuiusq̄ rei ꝑticularis ad ꝓseruandū totū q̄ ptē. sicut ptz in mēbris hois. qz naturalr et sine deliberatione si hō timeat lesionē capitis ꝓtrahit manū. qz ex lesione capitis totus homo corrūperet. et ex cōsequenti quelibet pars. sic qz in positione vacui totum vniuersuz corrūperet. ideo quelibet natura particularis plus appetit seipam corrūpi q̄ totuz vniuersuz perire. et hoc ideo qz per corruptōez totius ꝑtes manere nō possunt q̄ tuis bñ ecōtra. ⁊ ideo pars magis appetit ꝓseruatōem totius. cum ex toto dependeat esse eius sed esse est quod omnia appetunt

Arg De vacuo est scia. q̄ vacuū est vel p̄t esse. ꝓscēntia tenet. qz de subiecto p̄supponit qz est. i. q̄ habeat esse vel nō habet esse. ꝓhibitū. Dōm dupliciter de aliq̄ est scia sicut de subiecto. vnoꝰ simplr ⁊ p ꝓrie. qz scz habet aliquas passiones sibi ꝓuenientes que demōstrant de ipo per ꝑncipia eius et de quo est sic scia hoc est vel habet esse nō ꝓhibitum. Et ratio illius est. qz hoc habet aliquas passiones reales. q̄ realiter est. et etiam habet realia ꝑncipia. Alio modo de aliq̄ est scia improprie et ꝓm qnid. qz scz non est. ⁊ sic de vacua est scia ⁊ de quo est sic scia hoc non oportet esse. qz sufficit de tali scib ili cognoscere quid nominis

Arg Si motus localis est. ergo vacuū est. ꝓsequentia tenet. qz qd̄ mouet vel mouet in vacuū ⁊ sic habetur ꝓpositū vel in plenū. ⁊ sic sunt duo corpora in eodem loco qd̄ est impossibile. Dōm q̄ mouetur in plenū. Et si dicatur. ergo duo corpora sunt sit. Negat ꝓña. qz hoc plenū corpus est cedens. i. recedens qz recedit aduenente alio corpore. Et si dicat. q̄ sequit q̄ celum mouetur ex tali motu. qz hoc corpus facit aliū cedere. et hoc iterum aliud cedere. et hoc iterū aliud vsq̄ ad celū. Dōm q̄ nō oportet talem cessionē tantuz ꝑtendere qz corpus cedens facit etiam ꝓximuz corpus aliquātulū cedere. ⁊ statim fit cō densatio illoꝝ corporū sic q̄ illa cessio vlterius nō ꝓcedit. Cuius exemplū ē in cessione aque per aduentū corporis. q̄ cessio fit ꝓz aliq̄s partes aque. nō tñ ꝓm oīnes partes.

Arg Si ꝓdēsatio est. q̄ vacuū est. qz oportz ꝓus esse aliq̄s partes vacui. q̄ partes replent per ꝓdēsatōez. Dōm q̄ nō est ncē ꝓdēsatōez fieri per partes vacui. sz fit ꝓdēsatio p alteratōez corporis qd̄ ꝓdēsat ex h̄ eñ q̄ vnuz corpus mouet alterū motu locali. sicut fit in cessione corporꝭ hoc corpus alterat ad densitatē ex h̄ q̄ aliud corpus aduenit sibi. ⁊ per talez cō densatōem alterat. Unde patet q̄ rarefactio et ꝓdēsatio nō sunt motꝰ ad q̄titatem ꝑncipaliter. sed ad qualitatem q̄a raritas et ꝓdēsatio sunt de tercia specie qualitatis q̄uis tamen exꝑsequenti ad talez motū sequit maior vel minor q̄titas. et ideo bene dicit Aresto. in textu. q̄ rarefactio fit ex hoc q̄ aliq̄d ducit de potētia ad actum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Rarefactio facit ptes distare a centro. q̃ inter ptes et centrũ est vacuum Dom q partes in rarefactione distare a centro potest inteligi dupliciter. vno modo qz simpliciter separantur a centro et sic est falsum qz etiaz ptes manẽt circa centrũ. Alio modo potest intelligi q ptes separantur a centro quia extendunt ur ad maiorez q̃titatem. et sic extremitates corpis plꝰ distant a cẽtro. sicut ptz in aqua buliente. qz in tali aqua extremitates plus distant a fundo olle. qz aqua ebulit. et tũ inter ollam et aquã non est vacuũ. sed est aqua magis rarefacta. z p ꝓns extensa a fundo olle bulientis

Si corpa dura se tangũt. tunc pñt statim separari z ibi nõ potest subintrare aer. q̃ est vacuũ. Dicendũ est. q vel corpora tangẽtia se sunt ambo dura. sicut lignũ et lapis. z sic nõ tangunt se sine medio qz aer mediat inter corpa ista dura. z hoc pbat Aresto. p sumle in secũdo de aia. qz sicut corpora dura in aqua nõ tangunt se sine aqua media. ita etiam corpa dura in aere nõ tangunt se sine aere medio. q̃ uis in aere hoc nõ appareat sensibiliter Vel ambo corpora sunt molita. vel vnũ durꝫ z aliud mollez tũc tãgũt se sine medio. z videmus tũc q vnũ nõ separatur ab alio nisi p tps. vt si qs velit asserem quadratũ leuare de aqua fm omes angulos simul. tũc seqretur aq asserẽ donec aer subintrare possit

Vacuũ esse pbat q experimẽtuz. ergo vacuum est. Aũs ptz. qz si aliquod vas habeat duo foramina. z vnũ obstruat. vel ergo exibit aqua vel nõ. Dom q aqua nõ exibit nisi subintret aer. z si dicatur aqua naturaliter mouet deorsuz. ergo exibit. Dom q q̃uis aqua fm naturã. ppriã mouet deorsuz z descẽdit. nõ tũ descendit fm naturã cõem quã hz ad alia corpora. fm quã nõ pmittit vacuũ Et sicꝫ pot dici. si poneretur vas plenũ liquore in frigore tũc. ppter frigus condensatur liquor. z tũ nõ pt ibi aer intrare z tũ fit liquor minor p condensationẽ. Dom q illo casu posito necessario vas frangitur qz oprter necessario aerem subintrare. Et ideo videmus fortissima vasa plena aque in frigore hyemis frangi et corrũpi.

Tracta de tpe

Onsequẽs ãt dictis est aggredi de tẽpore. primuz aũt bene se habet opponere de ipso. et p extraneas rões vtrũq coz q̃ sunt est. aut nõ entiũ. postea que natura ipsius

ordis

Iste est tractatꝰ tercius quarti libri phicor. in quo postq̃ determinauit de loco et vacuo. ꝓnꝫ determinat de tpe. Et ratio ordinis est. qz sicut se habent locꝰ z vacuuz ad mobile. ita se habet tempus ad motum. qz locꝰ fm veritatem z vacuuz fm opinionẽ antiquorꝫ stꝫ mensure mobilis. sicut tempus est mensura motus qz mobile est aliquid pmanens sicut locus. sz motus est aliquid successiuuz sicut tempus. sed mensura et mensuratũ debẽt esse conformia. sicut ergo mobile precedit motum z sicut subiectuz accidens. ita mensura mobilis scz locus precedit mẽsurã motus. s. tẽpus. Determinãdo igitꝫ de tpe. primo determinat de eo q̃ ruz ad q̃stionẽ an est. secũdo q̃ ruz ad questionẽ qd est. z primo pmit illud de q̃ est intentio dicẽs. Postq̃ dictũ est de loco et vacuo. hic ꝓnter agendũ est de tpe et dicit notanter aggrediendum denotando difficultatem determinãdi de tempo

pmiat

re. Et deinde dicit q prius procedendum est per extraneas rationes. id est logicas vel antiquorũ que sepe sunt extranee a veritate.

Q quidem igitur omnino non sit. aut vix. aut obscure ex his aliquis vtiq̃ ꝓcipiet Hoc quidem eñ ipsius factum est et non est. Illud vero futurum et nõdum est. Ex his autem et infinitum et semp acceptũ tps cõponitur. Ex his aũt non que non sunt compositum. impossibile esse videtur pticipare aliq̃ substantiam Adhuc aũt omis diuisibilis siq̃dem est. nccẽ est cum est. aut omnes aut quasdam partes eẽ Tpis autem alie facte. alie future sunt. Et autem nihil cum sit diuisibile. ipsum autem nũc non est pars. Mensurat eñ pars et componi oprtet totum ex ptibus. Tempus autem nõ videt cõponi ex nunc

Tempus nõ est

Hic Aresto. pcedit ad inuestigandũ an sit tempus. primo ponẽs duas rões. q tps nõ est. Prima est. omne totũ ꝓpositu ex his que impossibile est esse nõ est. sz tẽpus est ꝓpositũ ex pterito et futuro q̃ impossibile est eẽ. ergo tẽpus nõ est. Dicit in rõne (totũ ꝓpositũ) ad denotandũ q aliq̃ tota sunt que nõ habẽt partes. z tamẽ sunt. z tũ illa nõ sunt tota integralia. Unde sequit q nõ valet argumẽtuz. illud nõ est cuius ptes non stꝫ. qz substantie separate sunt que tamẽ nõ hñt ptes Secda rõ stat in hoc. nccẽ est cuiuslibet diuisibilis ptes eẽ. sz nulla ps tpis est. q̃ tempus nõ est. Maior pbatur ex diffinitõe ꝓtinui. qz continuuz est cuiꝰ partes copulantur ad aliquẽ terminũ cõem. et sic habet ptes. Minor patet. qz nihil habemus de tẽpore nisi nũc. et nũc nõ est pars integralis temporis. q̃uis bene sit pars formalis.

Queritur Quare phs non soluit istas rõnes Dom q satis ex diffinione tpis soluunt. potest tũ solui pma ratio tripliciter Primo q duplices sunt ptes temporis quedam sunt subiectiue. quales stꝫ pñs preteritũ z futurũ. z ille ptes non sunt. vt pbatuz est. Alie sunt ptes integrales. sicut annus mensis hora et tales sunt. z ex illis componitur aliquod totum ꝓtinuũ quale est tempus. Secdo dom q licet ptes tpis successiue fm se nõ sunt. sunt tũ in cõbinatione presentis nũc sicut pteritũ z futurũ sunt in anno qui dicit esse pro pter presens nunc qd̃ ꝓtinuat ptes anni ad inuicẽ. Tercio dom est q est duplex totuz. qd̃dam est totum pmanẽs qd̃ hz ptes pmanẽtes sicut homo domus zc. z ibi oprtet ptes esse simul z pmanẽtes. sicut ad existentiaz hois requritur q caput pedes z pedes sint. Aliud est totuz successiuũ. z in illo sufficit q ptes sint fm successionẽ sicut ad hõ q rhenus sit aũ Colonia sufficit q vna pars nũc sit ibi. postea alia z sic est de tpe. Sicꝫ soluit secda rõ qz q̃uis tẽpus nõ hz ptes pmanẽtes. hz tũ ptes successiuas. qd̃ sufficit in toto successiuo

Amplius autem ipsum nunc ꝙ videtur determinare preteritum et futurũ vtrum vnuz et idem semp ꝑmanet aut aliud et aliud nõ facile est scire. Si quidẽ eim nũc semp alterũ et alter ⁊ nullo aũt eorũ que sunt in tẽpore alia et alia pars simul est. que nõ contineat alia vero contineatur sicut minus tempus sub pluri ipm nũc quod non est prius. aut fuit necesse ẽ corrũpi aliquãdo ⁊ ipa quidem nunc simul ad inuicem nõ erunt. Corruptum autem esse necesse est prius. In eodem quidem igitur corruptum esse impossibile est. propter hoc qõ tunc est in alio aũt nunc corrũpi prius nũc ꝓtingit Sic eim impossibile est se habere ad inuicem ipsa nunc. sic eim impossibile habita esse in inuicem ipa nunc. vt pũctum cũ puncto. Si q̃dem igit in qõ ꝓsequẽter est nõ corrũpitur. sed in alio. In medijs nũc que sunt infinita simul erit. hoc autem impossibile est.

Hic mouet questionẽ de nũc temporis. quod est ꝑs formalis tpis. et est ista an sit vnũ nũc in toto tpe vel aliud et aliud Et arguit ad vltimã prem primo. ꝙ sit idẽ et hoc vna ratione ista. scz due ꝑtes temporis nõ possũt esse simul nisi vna ꝓtineat aliam. Inde due hore nõ st simul: qz vna non ꝓtinet aliã. sed hora ⁊ dies sunt sit. qz dies ꝓtinet horã. sed nũc non cõtinet aliud nũc. qz vnũ indiuisibile nõ continet aliud indiuisibile. qz cõtinens erit maius contento modo vnũ indiuisibile nõ est maius alio indiuisibili. ergo nõ ꝓtinet ipm Si igitur in tempore sunt duo nunc et nõ possunt esse simul. tũc necesse est vnũ corrũpi altero adueniẽte. qz als essent simul. sz hoc est impossibile. ergo nõ est nisi vnũ nunc. Minor ꝓbat. qz vel corrũperet in seipso vel in alio nunc non in seipso. quia nihil corrũpitur duz est quod diceretur corrumpi nec potest corrũpi in alio. scz in posteriori nunc. q̃a inter hoc nũc et sequẽs est tempus mediũ. sicut probat sexto huius. ⁊ sic seqretur ꝙ illud nunc qõ corrũperet esset sit cum omnibus nũc intermedijs. quia semper aliquid est quousq̃ corrũpitur.

Aduero neqz nunc semper manere idẽ possibile est. Nullius eim diuisibilis finiti vnus termin? tm est nec si in vno sit cõtinuuz. nec si plura. ipm autem nũc terminus est. et tempus est accipere finitum. Amplius si simul est ꝗm tẽpus. ⁊ nec prius nec posterius in eodem esse qi in ipo nũc est. simul sunt que in ãnũ sunt millesimũ his que sunt hodie. et nec prius nec posterius nihil aliud alio. De his q̃dem igit que insunt ipi tot opposita sint.

Hic ponit duas rationes in oppositum. Prima stat in hoc. cuiuslibet ꝓtinui finiti sunt ad minus duo termini. quia est terminus initians et terminans. sed est dare finitum tempus. ergo hoc tempus habebit duos terminos. sed nũc est terminus tpis. ergo in illo tpe erunt ad minus duo nũc. ergo erũt plura nunc in tempore. Maior probatur ex similitudine ad lineã que est cõtinua sicut tempus. quia sicut linea finita habet duo puncta terminãtia. ita et tempus finitum habebit duo nũc terminantia Tunc ibi (Amplius si simul) tangit secam rõem que stat in hoc. si esset tm vnũ nũc in toto tempore. tunc illa que sunt facta ante mille annos possunt dici nũc facta. sed hoc est falsum. igitur illud ex quo sequitur.

Uid aũt est tempus. et que ipsius natura similiter et ex traditis manifestum est. et de quibus attingimus aduenientes prius. Quidam eim totius quidem motuz dicunt. Alij autem ipsam speram Quãtis circulationis et ꝑs tempus quoddam est. Circulatio autem nõ est pars eim circulatõnis est q̃ accipitur. sed nõ circulatio. Amplius ãt si plures essent celi. similiter esset tempus cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tpa simul.

Inquisito an tempus est. cuius occasione erã questuz fuit an est idez nũc. ꝓnter inquirit disputatiue q̃d sit tempus. ꝓmo ponẽs opiniones antiquorꝫ. scdo veritatez. ibi (Accipiendũ aũt) Dicit igit primo. ꝙ quid sit tẽpus nõ est manifestum ex his q̃ dicta sunt ab antiquis. qz nõ habebũt omnes antiqui vnam opinionẽ de tempore. quia aliqui dicebant tempus esse motum celi vel circulatõez. alij dicebant tempus esse sperã celestem.

Cõsequẽter improbat dictas opiniones. et primo improbat duas rationes. Prima stat in hoc. illa non sunt eadem que habent diuersas ꝓditões. sed tempus et circulatio habent diuersas ꝓditiones. ergo ⁊c. Minor probatur qz quelibet pars tpis est tps. sz nõ quelibet pars circulatõis est circulatio. qz ꝑs motus circularis nõ est motus circularis. Secda ratio stat in hoc si tẽpus essz circulatõ sequeretur ꝙ plura tpa essent simul sz hoc est incõueniens. ergo illud ex quo seqtur. Sequela patet. qz multe circulationes. i. multi motus circulares multorũ mobilium sunt simul.

Totius aũt spera visa est q̃dẽ dicẽtibus eẽ tempus qz in tempore omnia sunt ⁊ in totius spera. Est aũt stultius qõ dicit. q̃z et qõ est de hoc impossibilia considerare

Hic ostendit qũo antiqui probant secam opiniones

et est probatio talis In vltima spera st̃ oia. sed in tempore st̃ oia. ḡ tp̃s est vltima spera. quasi sic arguere. q̃ hñt easdem conditiones sunt eadem. sed sic est de tpe ⁊ vltima spera. ḡ st̃ eadē Et dr̃ Aresto. q̃ista opinio est ira stulta. q̃ non oporteat aliqua ipossibilia circa ipam psiderare. qz manifeste peccat penes tres fallacias Primo est ibi fallacia equiuocationis. qz equiuocat eē. differenter em̃ aliquid est in vltima spera ⁊ in tpe. qz in vltima spera st̃ oia sicut prenta in prinente. sed aliquid est in tempore sicut mensuratū in mensura. qz oia sunt mensurata tpe saltem corporalia. ⁊ illa que hñt prinuā successionem Scdo est ibi fallacia accidentis. qz arguitur ex puris affirmatiuis in scda figura Tercio est ibi fallacia p̃ñtis. qz virtualr sic arguit. si aliquid est temp̃ in ipo sunt omnia. ḡ si in aliquo sunt omnia ipm est tēpus.

Quoniam aūt videtur maxime motus esse et mutatio quedam tempus hoc psideratum ē Uniuscuiusqz quidē igitur mutatio ⁊ motus in ipso mutato per alterationem ⁊ augmentationē est solū. aut vbi fortasse est ipsuz q̃d mouet ⁊ transmutans. Tempus aūt similiter ⁊ vbiqz ⁊ apud omnia est Amplius aūt mutatio quidē omnis velocior aut tardior est. tempus aūt nō est Tardum aūt ⁊ velox tempore determinant velox quidez quod in pauco multum mouetur tardum autem quod in multo paucū Temp̃ aūt non determinat tempore. neqz quo quantū aliquid est. neqz quo quale Q̃ quidē igitur non est motus manifestuz est Nihil aūt differt nobis dicere in presenti motū aut mutationem

Hic (qz Aresto. dixit q̃ motus nō est tp̃s) vult inquirere qūo se habeat tempus ad motū Et circa hoc primo ponit duas rationes q̃ tempus non est motus. Deinde ostendit q̃ tamen tempus est semper cū motu. Prima ratio stat in hoc. motus celi est in mobili vl vbi est mobile. ⁊ ideo est determinatus ad mobile. vel ad locū vbi est mobile. sed tēpus est vbiq̃ ⁊ apud oēs ḡ tempus non est motus

Querit Quare Aresto. ponit illam disiunctiuam Et videt q̃ vna ps sufficiat. s. q̃ omnis motus est in mobili.

Dōm q̃ illam disiunctiuā addit pter motum localem. qz motus localis accipit dupl̃r. vno° q̃tum ad illā formā que terminat motum. s. vbi. que est in ipso mobili. ⁊ tunc etiam motus localis est in ipso mobili. qz forma predicamentalis vbi est in ipso q̃d mouetur. Alio° accipitur motus localis q̃tum ad illud a quo denoiat motus localis. qz denominatur a loco. ⁊ sic motus localis non est in mobili. sed vbi est mobile. qz locus non est in eo quod mouet fm locum. sed in locante. Scda ratio est. omnis motus est velox aut tardus. ⁊ sic differētie motus sunt velox ⁊ tardum. sed iste dñe motus nō possunt conuenire tempori. ḡ tēpus nō est motus. Hi nor probatur. qz velox ⁊ tardum mēsurantur tpe. sed tempus non mensuratur tpe. ḡ tempus non potest dici velox ⁊ tardum. ⁊ sic alie sunt dñe siue conditiones ipsius temporis ⁊ motus. ḡ non sunt idem

Atuero neqz sine motu tempus est. Cū em̃ nihil ipsi mutamur fm intelligentiam. aut latā transmutantes. non videtur nobis fieri temp̃ sicut neqz qui in sardo fabulantur dormire apd heroes. cū expgiscuntur Copulant em̃ nunc p̃mum posteriori nūc. ⁊ vnū faciunt remouētes ppter insensibilitatez mediū Tangit itaqz si nō esset mediū nunc. sed idem ⁊ vnū non esset tp̃s Sic ⁊ qm̃ latet alterū esse. non videtur mediū esse tempus Si igitur non opinari esse temp̃ tunc accidit nobis cū non diffinim̃. nec vnā mutationem sed in vno indiuisibili videt aīa manere Cū aūt sentimus ⁊ determinam̃. tūc dicimus fieri tp̃s manifestū q̃ non est sine motu neqz mutatione tempus Q̃ igitur neqz motus neqz sine motu tp̃s est: manifestum est: Temp̃ nō omōtz sine motu

Probato q̃ tempus non est motus. pseguenter probat q̃ tēpus non est sine motu. ⁊ hoc sic. qz si homines non mutarentur aut fm corp̃. aut fm aīam. aut si mutarentur ⁊ lateat eos mutatio. tūc non apparet fieri tēpus Ex quo sic potest argui. qñ percipimus motū seu mutationē. tūc ꝓcipimus tempus. ḡ tempus est aliq̃d motus ⁊ fit simul cū motu Añs pbat ꝑ vnū exemplū de illis qui dormiebant apud sardos. qz tales expgefacti copulabant nunc in quo incipiebāt dormire ad hoc nunc in quo expgefacti fuerunt. ḡ in dormitione qñ nō ꝓcipiebant motum etiā non ꝓcipiebant tempus: ḡ tempus fit cū motu Vlñ cōcludit Aresto. q̃ tempus q̃tuis nō est motus. nō tñ est sine motu Apud sardos circa vdola fuit longus somnus aut ex ogatione demonū aut ex qualitate cibi.

Accipiendū aūt qm̃ querimus quid sit tempus hinc incipientibus quid motus est Simul cū motum sentimus ⁊ tempus. Et nam qz si sint tenebre. ⁊ nihil per corpus patiamur motus aūt aliquis in aīa fit subito simul videt fieri q̃dam tempus Atuero ⁊ cū tp̃s videt fieri aliquid. simul ⁊ motus aliquis fieri videtur Quare aut motus aliquid est tempus Qm̃ āt non est motus. necē est motus aliquid esse ipm

Consequenter determinat de tpe quid est. ⁊ p̃mo in

Tempus aliqd motq ℭ

uestigat pticulas diffinitionis. secdo ꝛcludit cā. ꝑmo ergo inuestigat q̃ tp̃s est aliquid motꝰ. ⁊ ꝑt sic sumi ratō quicqd est cū oi motu hoc hz ordinem ad motum tāq̃ ad aliqd ipius motus sed tp̃s est cū oi motu g̃ tp̃s hz ordinē ad motū tanq̃ aliqd ipius motus Dnoz ptz. qz si nō haberet tp̃s ordinē ad motū tūc nō posset dari cā quare eēt cū oi motu Vltiorē ꝓbat. qz nō ꝓcipiē do motū aliquē fm cognitōem vel imaginatōnem. nec etiā motum alterationis corporū tūc non ꝓcipimus rē pus. ⁊ econtra. si fiat aliquis motus in aia fm cognitiōnē vel fm motum corpalem statim ꝓcipimus tempꝰ g̃ sequitur q̃ tempus est cū quolibet motu. qz percipitur percipiendo quemlibet motum.

Hī Si tp̃s est cum omni motu g̃ stꝫ plura tpa stl'. qz tp̃s est passio motus. g̃ debet distingui ad distīctionē motus Dōm q̃ dupl'r p̃t esse tempus cū motu. vnoꝰ sic q̃ tp̃s sit passio accās ⁊ motus. sic est solū cū motu ꝑmo primi mobilis. qz illius motus tp̃s est passio ⁊ hz tempus vnitatē numeralē a tali motu Alio modo tp̃s est cū motu sicut mensura cū mensurato ⁊ sic tp̃s est cū quolibet motu. qz cuiuslibet motus tempus est mensura Vñ ptz q̃ non opz plura tpa esse simul. qz non stꝫ plures ꝑmi motus est. tñ verū q̃ ꝓcipiendo quē cūq motū virtualiter etiā ꝓcipitur motus. qz causa ꝓcipitur virtualiter in suo effectu. sed motus istoꝝ inferiorum sunt effectus ꝑmi motus. g̃ in istoꝝ inferiorū motibus ꝓcipit motus ꝑmi mobilis

Qr Vltꝝ oīs motus aīe mensurat tpe Dōm q̃ aīa rōnalis p̃t capi dupl'r. vnoꝰ fm potentias intellectiuā ⁊ volitiuā. ⁊ sic motus aīe rō mēsuratur tpe. qz tūc p̃t aīa habere opationes in instanti. Alioꝰ accipit aīa rōnalis fm potentias inferiores. s. sensitiuā ⁊ vegetatiuā. ⁊ tūc motus aīe mensurat tpe. ⁊ sic dicit hic Aresto. q̃ qñ in aīa ꝓcipimus successionē cognitionū imaginationū ⁊ affectionū. tūc ꝓcipimus tempus Hoc aūt non ꝓtingit in qualibet opatione aīe. qz opatio intellectiua p̃t esse in instanti. est tñ verū q̃ opatio intellectiua in nobis est successiua ꝓpter fantasmata quibus vtit in sua intellectione. vt patet tercio de aīa.

Uoniam autez qd mouet. mouetur ex quodam in quoddā ⁊ oīs magnitudo continua sequitur magnitudinem motus. ꝓpter id em̄ q̃ magnitudo continua est. ⁊ motus ꝓtinuus erit. Quantum em̄ motus est. tantū ⁊ tp̃s videt fieri. Prius autem ⁊ posteriꝰ in loco ꝑmū sunt Hec aūt positione sunt determinata Qm̄ aūt in magnitudine primū ⁊ vltimū est. necesse est in motu prius ⁊ posterius esse. ꝓportionaliter hijs. que sunt ibi Atuero ⁊ in tpe est prius ⁊ posterius ꝓpter id qd sequitur semp alterum ipsoꝝ Est aūt prius ⁊ posterius ipoꝝ in motu. qd equidē ens motus est. tñ esse ipius alterum est. ⁊ non est motus.

Nic ꝓñr inuestigat alias pticulas. s. secdaz q̃ tp̃s cōsequitur motū vel est aliqd motus. ⁊ vult finaliter q̃ rēpus ꝓsequitur motū fm q̃ in motu inuenit ꝑius ⁊ posterius Et ad hoc ostendendū ꝑmittit tria q̃. ꝓbat Primū est q̃ ꝓtinuitas est in motu tpe ⁊ magnitudine Secundū est q̃ etiā in tpe ⁊ motu est ꝑius ⁊ posterius Tertiū est q̃ prius ⁊ posterius tpis stl'stꝫ cū ꝑori ⁊ posteriori motus Circa primū ostendit q̃ ꝓtinuitas ē in motu ex magnitudine ⁊ in tpe ex motu. ⁊ hoc sic. ꝓbat. qz ꝓtinuitas repitur in motu. qz est de quodā in qddam sicut in motu locali ꝓtinuitas inuenit. qz est de vno loco in alīū locum. ⁊ qz talis motus est in magnitudine q̃ est cōtinua. g̃ motus est ꝓtinuus. ⁊ qz opz tp̃s habere suam continuitatem a motu. Tūc ꝓbat q̃ etiā ꝑius ⁊ posterius in motu stꝫ ex magnitudine ⁊ in tpe ex motu. qd sic ptz. qz in illo repitur ꝑmo prius ⁊ posteriꝰ. in quo repit ꝑmū positio sed sic est de ꝓtinuo. qz positio in ꝓtinuo de ordinē ptiū in ꝓtinuo. ⁊ ex hoc sequit in ꝓtinuo prius ⁊ posterius. sed in magnitudine repitur primo positio in cōtinuo. qz illa est q̃titas p se in motu non repitur ꝑmo positio in ꝓtinuo. g̃ sequitur q̃ prius ⁊ posterius in motu stꝫ ex priori ⁊ posteriori in magnitudine.

Qr Vltꝝ tempus habeat ꝓtinuitatem a motu ⁊ videt q̃ non. qz tp̃s est q̃titas p se. g̃ non habet cōtinuitatem ab alio. sed a seipso qz a suo termino cōi Dōm q̃ est duplex ꝓtinuitas. quedaz est intrinseca ⁊ formalis. ⁊ illā hz tp̃s a nūc sicut quelibet q̃titas continua a suo termino cōi. ⁊ ab illa ꝓtinuitate hz q̃titas ꝓtinua suam speciem ⁊ naturam In signum cuius terminus cōis ponitur in diffinitione q̃titatis ꝓtinue vt denotetur q̃ terminus cōis est substantia formalis continui Alia est ꝓtinuitas extrinseca ⁊ materialis. extrinseca fm materiam in qua ⁊ illam ꝓtinuitatem habet tp̃s a motu. ⁊ motus a magnitudine. ⁊ hoc est q̃ alij sic dicunt. q̃ tempus habet suam continuitatem pe se. i. formaliter. sed non a se id est efficienter ⁊ materialiter

Qr Quomodo se hñt prius ⁊ posterius temporis ad motum Dōm q̃ prius ⁊ posterius temporis sunt semper simul cū priori ⁊ posteriori in motu. ⁊ ꝑius ⁊ posteriꝰ motus non differunt fm esse a ꝑori ⁊ posteriori temporis. sed solum rōne Et arguitur q̃ non. qz prius ⁊ posterius motus stꝫ motus ⁊ prius ⁊ posterius tpis stꝫ tp̃s. sed tp̃s ⁊ motus nō sunt idem. ergo nec prius ⁊ posterius in vtroq̃ Dōm q̃ duplex est ydemptitas quedam est essentialis fm q̃ illa dicunt eadem que sunt eiusdem essentie ⁊ diffinitionis. ⁊ sic ꝑius ⁊ posterius tpis non sunt prius ⁊ posterius motus Alia est ydemptitas numeralis fm q̃ idē dicuntur accidens ⁊ subiectū. vel mensura ⁊ mensuratum. ⁊ sic tempus ⁊ motus sunt idem. sub ista tñ dīa qz tempus est idem cū priori ⁊ posteriori motus primi mobilis sicut accidens ⁊ subiectum. ⁊ est idē cum priori ⁊ posteriori alioꝝ motuum. sicut mensura est eadem cum mensurato

Atuero ⁊ tempus cognoscimus cū diffinimus motum fm prius ⁊ posterius determinātes. ⁊ tunc dicimus fieri tp̃s. qñ in motu prius ⁊ posterius sensu percipimus

Premittit 3m Primū 3m 3m

Quio temporis in abstracto e bene assigna

Tempo cosequit motū zoe prior z posteriorīs

Hic post premissa sumpsita ostendit fm quid ipius motus tps psequit motum. z vult q tempus cōsequitur motū ratione prioris z posterioris Et hoc sic pbat qz fm illud tempus consequitur motum quo cognito in motu cognoscit tps. sed cognito priori z posteriori in motu cognoscimus tps z distinguimus tempus. g tempus consequitur motum ratione prioris z posterioris Circa qd sciendum est q in motu sunt duo scz substantia motus. i. forma fm quaz est motus. sicut in motu calefactionis substantia siue essentia motus est calor Aliud est in motu scz successio fm pus z posterius sicz in motu calefactionis successiue acquiritur pfectior calor. Vult g Arestoteles q tempus non consequitur motum gratia sue substantie. qz sic motus habet quandā indiuisibilitatem z tempus est quoddam successiuum. sed tempus consequitur motum fm successionem que ē in motu. qz sic tempus habet mensurare motum. z motus est mensurabilis tempore

